



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 1. Michaelis fata. Basilius Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LI.



NICOLAUS I. PAPA.

LUDOVICUS II. IMPERATOR OCC.
MICHAEL III. IMP. ORIENT.

§. I.

Michaelis fata. Basilius Imperator.

Michael Imperator post brevissimum Sæculum IX.
temporis spatium Basilii, quem ad A. C. 867.
Imperii consortium adsciverat, Post. Theo.
prudentiam fastidire cœpit. Is enim IV. n. 43. 44.
turpem licentiam & impios jocos abomi- Constant. in
nans Michaelem ab infamia abducere Basil. n. 25.
conabatur; sed ille, importunum præce- 26. Et c.
ptorem

Æcylum IX. ptorem exosus, aliquando quemdam Ba.
A. C. 867. silicinum, purpura, diademate & vestitu
Cæfareo ornatum, manu in Senatum du-
cit egregiam viri speciem commendans
& dicens: *Jam pridem oportebat, amici,
virum hunc ad Imperium perduxisse po-
tius, quam Basiliūm, cuius me nunc pœn-
itet.* Ipso ita loquente, omnes primum
mirari, mox indignari, quod Michael
alium sibi, quoties ipse insaniret, Dom-
num cogitaret obtrudere. Ceterum,
cum vino intemperate sæpiissime uter-
tur, quo tempore ebrius erat, præcipie-
bat, huic aures, alii nares, alii caput am-
putari; id tamen familiares non exequen-
turbantur, sperantes, quod etiam futurum
erat, ipsum mandatorum pœnitentiam
subituram. Tandem Basilium, venatio-
ni intentum jaculo perfodi jussit, sed,
cum facinori abfuisset fortuna, Basilius
ab amicis monitus Michaelem vino se se-
ingurgitantem in Palatio S. Mamantis vi-
gesima quarta Sept. Indictione prima an-
no 867. a conjuratis excubitoribus inter-
fici imperat, postquam annis viginti sex
Sup. lib. XLVIII. §. 4. ab obitu parentis sui, nempe cum matre
quatuordecim, solus undecim, & cum
Basilio mensibus quindecim regnasset.

Basilius sublato Michaele solus rerum
Zonar. lib. potitus, gente Macedo erat, humili lo-
XVI. §. 6. co natus, quamvis postea adulatores
ipsius genus ab Arsacidis, Parthorum Re-
gibus

gibus, deduxerint. Illud satis explora- Sæculum IX.
 tum est, eum Constantinopolim venisse A. C. 867.
 pedibus, solum, omnia sua secum por- Const. Basil.
 tantem, ut exploraret, an forsan in illa n. 9.
 sibi civitate magis quam alibi fortuna fa-
 veret. Primo in familiam Theophylicii,
 qui Bardam Cæsarem sanguine conting-
 bat, adlectus, equis præficitur. Vires
 corporis deinde & in equis domitandis
 solertia ita Michaeli Imperatori advenam
 commendarunt, ut eum sibi deposceret,
 & Protostratorem seu Stabulorum præ-
 fectum constitueret. Tum etiam a cu-
 biculis Michaeli fuit; exinde Patricius
 & Magister officiorum creatus, tandem
 Imperii consors deligitur. Idem Basi-
 lius ob capitis magnitudinem cognomen-
 to *Cephalas*, vulgo Macedo dicitur.

§. II.

Ignatius Constantinopoli restituitur.

Basilius, postero die quam renunciatus
 esset Imperator, Photium e throno Nicet. in
 patriarchali deturbatum in Cænobium Ignat. p.
Scepen appellatum ejicit. Die sequente 1226.
 misso Elia Drungario, id est, Classis Prä-
 fecto, cum triremi prætoria jubet Igna-
 tium Patriarcham ex Insula, exilii suo
 loco, evocari, & Constantinopolim de-
 duci, ubi, donec restitueretur in Sedem
 suam, eidem Palatum Magnauræ, do-
 num ipsius patriam, dedit. Tum Im-
 pera-